

A. C. Q. S. A. C.

ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ GRADUALE

De

81

806 proutem  
Ad normale  
Stockholma

# QVOTIDIANO VITÆ EXAMINE, Quod

Ex Adprobatione Inelyti Philosophorum Ordinis in  
florentissimo ad Auram Helicone,

M O D E R A N T E

RECTORE h. t. MAGNIFICO

# HENRICO HASSEL,

Eloquent. PROFESSORE Reg. & Ordin.

Ingenuis bonarum artium morumque Cultoribus  
placido examinandum colloquio moaestè consecrat

Auctor

# JOH. HENR. LIEBERWIRTH

Smolandia. Gotbus

Die XVII. Mensis Junii Anno MDCCXLV.

*In auditorio majori, horis a m. solitis.*

---

ABOM, Impressum a JOH. KIEMPE, Typis. Acad.

Sæ Ræ Mætis  
MAGNÆ FIDEI VIRO  
Reverendiss. in Christo PATRI ac DOMINO,  
**DN. ERICO  
ALSTRIN,**

S. S. Theol. DOCTORI Consummatissimo, Inclytae  
Diœceœlos Vegion. EPISCOPO famigeratissimo,  
sacri ibidem COLLEGII PRÆSIDI longe gravissi-  
mo, Reg. Gymnat. Scholarumque per Diœcœsum  
ac EPHORO vigilantissimo,

MÆCENATI MAXIMO,

**M**aximi. ut credo, momenti jure meritoque estimatur con-  
suetudo illa Philosopharum quorundam, qua dicta fa-  
ctaque sua remetendo, diem quemcumque excusserunt; quum  
ipsa exercitatione non possit non parere, quantum quisque  
in

in studio honesti profecerit; iuso sic excitatur maiorem im-  
modum ardor ad nova iudicatae virtutis incrementa ad-  
quirenda. In pulvere jam silent Veteres illi morum Magistri;  
Tu vero, PRÆSUL REVERENDISSIME, doctrina & exemplo  
etiamnum utinam diu! in mores mortaliuum influis, Proinde tenuis  
Minerva nostra celebratissima per Orbem Literatum gratia tua  
provocante, QVOTIDIANUM hoc VITÆ EXAMEN a spectaculo  
TUO venerabili, quia decet animi devotione, submittere susti-  
net. Si quid in eo minus accurate examinatum offendas,  
hunc nobis lapsum condones, submissæ oro obsecroque. De  
cetero me mecumque fortunam TUO, INDULGENTISSIME  
MÆCENAS, favori cernuus commendando, qui pro tua per-  
enni incolumitate Familiisque TUAE nobilissime flore perpe-  
tua vota nuncupare non desistam.

## REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

Cliens humillimus

JOH. HENR. GEBERWERTH

Seiner Königl. Majt  
Wolbestalem Lieutenant  
Bey Dero Leib = Dragoner,  
Dem Hoch Wohlgebührn KREUZHERREN/  
**SH. GUST. REINH.**  
**REHBINDER,**  
Meinen Hoch zu Ehrenden PATRON und gross=  
günstigen Besörderer.

**G**o überflüssige materie zur öffentlicher erklärlichkeit,  
die hohe milde und gewogenheit, welche von EW.  
HOCHWOLGEV. seit ffnf Jahren zu genießen die ehre  
gehabt, mir auch darreichet, so wenig vermögen hat leyder!  
dass glück, dieselbe wilsdiglich auszubreiten mir gestatten  
wollen. Desen ungeacht, sollte mein unalick zwar grösster  
seyn, wann ich mich keines weges erkühnete, aus einen  
dankbaren willen das geringste zeichen zum schuldigsten re-  
spect her vor zu geben und bezeigen. Habe deswegen mir vor-  
gesetzt diese untreisse seicht meiner studien mit aller che  
erbietung EW. HOCHWOLGEV. zu widmen, nebst  
demuthigster bitte EW. HOCHWOLGEV. geruhen  
eine

eine so geringe arbeit, als zwar diese ist, mit Hochgäts-  
gen augen zu bewirtdigen, und unter D<sup>E</sup>HO Rahmen  
hervortreten zu lassen. Der inhalt des Tractaleins ist die  
TÄGLICHE LEBENS UNTERSUICHUNG, so allen  
menschen anständig und zu ihrer wahren glückseligkeit no-  
thig ist, welche zu beschreiben mir etliche von denen alten  
Philosophis auslaß gegeben, welche durch ausübung selbis-  
ger, sich bey allen Tugendliebenden ein ewiges denk-  
mahl erworbien. Wie wohl were es, wird EW. HOCH-  
WOHLGEß mit mir wiñschen, wenn alle Christen, wel-  
che aus Gottes wort vielmehr als die heyden von ihren  
thun und lassen erleichtet sind, solche lobbliche bemühungen  
sich vorzunehmen nicht scheuen! damit sie dadurch die  
heyden in tugendthatea nicht alleine gleich würden, sondern  
weit übertreffen solten.

Ich ergebe hiermit mich selbst EW. HOCHWOHL-  
GEß. und verhoffe demtigst, DIESE GEß werden  
mein vorhaben mit D<sup>E</sup>HO Hochgeneigten gunst und lie-  
be hinsort befördern. Unter deßen wiñsche ich von herzen:  
Gott wolle EW. HOCHWOHLGEß. nebst D<sup>E</sup>HO  
Hochvornehmen Far ilie beständig blühen arünen und wachsen  
lassen, und mit allerley segen überhaussen, zum flor des  
vaterlandes, dem Hohen Ibrigien zur freude, und allen D<sup>E</sup>-  
HO clienten zum schutz und hulde. Verharre mit tieffer chs-  
erbietung

EW. HOCHWOHLGEß.

demtigster diener

Joh. Heinrich Lieberwirth.

Maxime Reverend. ac.  
Dn. OLAVO  
S. S. Theolog. DOCTORI celeberrimo. Diœces.  
S. SYNEDRII ADSES.  
MÆCENATI  
Omni venerationis ge.

VIRO Admodum Reverendo atque preclarissimo  
Dn. Mag. CAROLO TILIANO,  
*PASTORI* Civitatis Junecopiae parœciaeque Liungar.  
rumensis Vigilantissimo, Districtus vicini Twetaen.  
sis PRÆPOSITU adcuratissimo, PATRONO benignissimo,  
qua pars est pietate ac Zelo perpetim suipiciendo.

Admodum Reverendo atque preclarissimo DOMINO

Mag. PETRO KEXERO,  
Sacerorum in Brigidab & Svenarum INTERPRETI  
nec non PRÆPOSITU longe dignissimo, in literis mo.  
ribusque INFORMATORI olim maxime industrio, jam  
FAUIORI indulgentissimo, quavis obsequiorum ala.  
critate æternum humillime prosequendo.

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo DOMINO

Mag. PETRO COLLIANO,  
Gregis, qui Christo in Långarh & Färgarh colligitur,  
nuperrime designato PASTORI dignissimo,  
FAUIORI de me optime merito, certissimo, iugi af.  
fectu animi Venerando.

Quemadmodum Plura sunt, Eademque. Prorsus. Insignia Ve.  
tri. Eft. Officii. Animi. Pietatem. Ac. Reverentiam. Hato.

*que Amoliss. VIRO.*

**OSANDRO,**

Weglion. Archi PRÆPOSITO longe meritissimo,  
SORI PRIMARIO  
PROPENSISSIMO,  
aere ætatem prosequendo.

**VIRIS** Admodum Reverendis atque Preclarissimis  
**DOMINIS,**

S. S. Theol. & Philol. in reg. Gymnasio Weglion.  
LECIORIBUS dexterrimis, SENATUS ECCLESIASTICI  
Membris spectatissimis, PROMOTORIBUS exoptatissi-  
mis, submissa mente jugiter colendis.

Plurimum Reverendo atque Preclariss. DOMINO  
**MAG. ERLANDO COLLIANDRO,**  
Ecclesiarum in Swartorp & Lefaryd ANTISTITI meri-  
tissimo, studiorum meorum pridem MODERATORI  
fidelissimo, nunc vero EVANGELIÆ astutissimo, omni  
honoris cultu ad cineres devenerando.

*Perquam Reverendo atque Doctissimo VIRO.*

**DN. DAVIDI SCIURENIO,**  
SACELLANO in Wehma laudatissimo, BENEFACTORI ex-  
ploratissimo, multis mihi nominibus itidem  
honorando.

Ara. Mæcenas. Patroni. Et Pateres. Erga Nos. merita. Ita. No-  
Occasione. Declarare. Dum. Abserum. Quem. In. Publicum. Emis-  
timus

rimus. Qualemque Ingenii. Fatum. Vobis. Offerimus. Speramus.  
Dissertatiuncula. Hujus. Argumentum Vobis. Non Discipulis  
citurum. Fore. Si. Vera. Eadem. Exhauriendo. Nostra. Virtus  
um. Tenuitas. Parum. Sufficerit. Hunc. Defidam Vestra.  
Suppletat. Mitis. Ac. Benigna. Interpretatio. Patimini. Igitur.  
Venerationis. Et. Observantia. Publica. Extent. Indices. Testes.  
que. Pagella. Ha. Autoremque Inter flatus. Erroresque. For-  
tuna. Plus. Quam. Ulysses. Periclitantem. Memet. Jam. Ad-  
venam. In. Serenam. Vestrarum. Auram. Recipere. Ne.  
Grapemini. Quod. Superest. Omnis. Boni. Autorem. Datorem  
que. Munificentissimum. Eiam. Aique. Eiam. Mens. Gratissi-  
mis. Obresbitur. Sic. Vicissim. Rependat. Vobis Cumulata. In Me.  
Paternaque. Jam. Arsis. Domum. Beneficia. Ut. Felices.  
Diu. Vivatis. Et. Tandem. Eternum. Triumphiis. Beato.

## TANTORUM. FAUTORUM.

ad obsequia piaque quevis officia eliens devinclissimus  
A. & R.

Clarissimo Philosophice Candidato  
Atque Dissertationis hujus Auctori,  
Dno. JOH. HENR. LEBERWIRTH/  
Præceptori Fidelissimo,  
S. P. O.

Cur ego presens hoc opus Tuum eruditissimum, Clarissime  
Dn. Candidate, publica hac acclamatione prosequi,  
in animum induxerim, rationes e longinquu non arcessende  
sunt. Neque enim celebrandarum laudum Thaurum gratia  
hoc ipsius aggressus sum, cum volentem Tua vetere modestia;  
nec morem receptum duntaxat sequi volupte fuit, quo fan-  
sta iis omnia appreclari solemus, qui multis licet pressi mo-  
destiis, invicta tamen perseverantia, ad culmen Eruditionis  
Virtusque solide, demum assurgunt: verum studii affectus-  
que, quo ob magna Tua in me merita Tibi obstrictum me-  
met sentio, quin pium aliquid monumentum bac occasione  
ficerem, pratermitere nullus potui. Quam alie, Vir de me  
egregie inerite, Virtutis fundamenta in priori Specimine  
Tuo Academicu rimatus es, quamque salubria in presens  
subministrasti vita honeste transigenda consilia, qui iustum  
rebus pretium statuere didicerunt, judicant. Hoc tantum  
pacis Tua dixerim, quod argumenta, que felici adeo successu  
pertractasti, tanta semet amoenitate commendent, ut non  
possint non omnes boni, quinquot bac ip'a viderint Lege-  
rintque, in amorem Tui abripi. Ego vero dum pie tecum  
cogito, quamvis fide asque industria per integrum fero

infrum, quo fvari tuo frui licuit contubernio, artibus  
liberalibus memet imbuere, quamque anxie ac jugiter Vir-  
tutis vera indolem animo meo insinuare laborasti, non  
petui mibi temperare, quin gratum animum, memetque  
ipsum, quantillus sim, in amorem Tui penitus de-  
voveam, simus ex animo congratulans dotes illas  
insignes, quibus benigna fors Te voluit beare. Gratulor  
bonoris gradum, ad quem tibi viam munieristi, laboribus  
academicis egregie perfunctus. Macte postbac efficacis Vir-  
tutis exemplo! Macte studio erga me pristino! Que  
amplius dicenda supersint, votis conficiam; Conseruet Su-  
prenum Numen Te salvum atque incolumem per longam  
annorum seriem! Acceleret pia quædis sacraque gaudia! En-  
exspectant Te alumnim suum honestissimum grata Castali-  
des, ut pro meritis Tibi munera sua conferant. Perge  
jam quo Virtutum Te docent specimina, corollaque Parnas-  
si ornatus, omnium nostrum cum applausis propediem  
reverttere ad

Dibam Kankas die XXI Tui amantissimum etiam amantissimumque  
Maji Anno 1745.

BERNHARD. OTTONEM REHBINDER.

ΟΕΓ ΣΩΤΕΡΥΓΓΙΤΟΣ

α κεγ ω.

**E**st vita nostra fabula, nihilque refere quamdiu dñret, modo bene peracta sit. *Anonymus.*

## Membrum Prius Pro-theoreticum

Rem presentem adstruit exemplis nonnullorum Veterum, quorum vitam obiter attingit finemque juxta contemplatur philosophicum. Inde defectum Philosophiae istius pariterque instituti nostri rationem indicat.

§. I.

**V**ivere beate mortalium omnes quidem ac singulari natura cupiunt, paucis vero id reapple contingit. Plurimi modum viamque ad veram felicitatem perveniendi, vel ignorant, vel levibus de causis negligunt ( $\alpha$ ). Pergunt, Seneca teste, homines non qua eundum, sed qua itur ( $\beta$ ). Hinc ruant in devia votisque suis frustrentur, necessum est. Erroris hujus praecipua est causa, quod cum vulgus tuni Philosophi multi eo vix se patiuntur adduci, ut actiones suas ad normam exigant, acreque earundem te præbeant judices. Arduum esse initio opus hoc domesticum, experientia optima

A

hujus

<sup>3</sup> **hujus rei testis equidem edocet, non ideo tam  
men defugiendum, rem penitus expendens quis-  
que facile intelligit.** Quid? quod clarissimo suo  
exemplo hoc ipsum comprobarint illustratintque  
Pythagorei, sapientiae olim gloria conspicui. Ho-  
rum nemo, si fides Iamblico (γ) habenda sit, e  
lecto prius surgebat, vel antea ibat cubitum, ut  
habent Hierocles, Porphyrius (σ) ac alii (τ) quam  
juste secum reputasset illud aureum:

πατέρων; ποδέρεξα; πιος διον διηλέθη; Quo ven-  
sum mibi, que gessi, que debita tempsi (ζ). Hunc  
morem prout alia eximia Stoicos quoque a Pytha-  
gora mutuatos tuisse deprehendimus, quorum hic  
exempla nonnulla nobis in promitu sunt. Clarus  
virtutibus Seneca, posteaquam hoc nomine extu-  
lerat P. Sextium, quod consummato die, cum se ad no-  
cturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod  
hodie malum tuum sanasti? Cui vitio oblitisti? Qua parte  
melior es? Ipse de se pergit: Utor, inquiens, bac po-  
testate & quoties apud me caussam diro, cum sublatum  
est iument & conticuit uxor moris mei jam conscientia, totum  
diem mecum frutor, facta & dicta mea remetior (η) &  
seqq. Nec alio, si quid videmus, referenda veni-  
unt, qua de Marco Antonino Imperatore, magno  
illo ævi sui lumine, coimmemorata legimus (θ)  
scilicet: Quod omne illud tempus, quod alii in volupta-  
tes profundebant, domestico impenderit negotio, adque cal-  
culum cogitationes factaque sua revocaris cont. Lib. X. §.  
**24 (ι) Quo sane nihil gloriosius, nil laude dignius.**  
(α)

( a ) conf. verba Graciani apud Walchium in Lex. philos. sub  
eis. leben deß menschen ( B ) De vita beata pag.  
233. ( y ) lib. I. C. 29. ( δ ) citati a Scheffero in Phil.  
Ital. C. XIV pag. 158, 159. ( e ) Omeisius in Prolus. A.  
cad. de In iula fortunat. ab Areopph. ques. & inventa p.  
141. & 242. Evolv. Lipsius Lib. III Diff. XXIV. Manud.  
ad Phil. Stoic. Ut silentio involvam ceteros ( ξ ) ita  
vertit Hierocles vid. cit. modo loc. Schefferi ( n ) de ira  
Lib. III. C. 37. ( § ) in vita ipsius edita lingv. germ.  
pag. 51. ( i ) Tār sic ēauor Edit Gatacker.

### §. II.

**H**Orum vitæ indolem, juxta leges propositi hic  
attингere juvabit. Haud erravero, si totos in  
eo fuisse veteres hosce pronunciaverim, ut nativa  
vitia sua debellando, in possessionem beatitudinis  
veræ pervenirent. In hunc enim finem Philosophiam  
excoluerunt: huc omnes suas speculationes  
accommodarunt, perhibente Rydelio ( x ). Ast  
in quo beata vita juxta mentem eorum constituit,  
paucis e re erit dispicere. Constat in assimilatio-  
ne DEI hanc collocaſte Pythagoreos. Sic finem  
Philosophiæ hujus docet Hierocles ( a ), ut homo in  
pristinum statum restituatur & DELI fiat - οπωρεν αρθρω-  
νος δει γετεδαι ηγηται τε το ΘΕΟΝ. Oportet prius fieri hominem  
& post DEUM ( u ). Quod ipsum Buddeus ita diluci-  
dat: Si perducuntur ad morum honestatem sunt homines,  
ut adipiscantur felicitatem, sicut DEO similes, necessum  
est ( v ). Stoici icet varia ratione mentem suam ex-  
pliquerint, in hoc tamen conpirant, quod

4 felicem eum deprædicent, qui naturæ convenienter vivit. Ita cecinit quondam de Catone Lucanus:

SECTA fuit servare modum finemq; tenere.

Naturamq; sequi (ξ)

Et Lipsius: Θελοῦ εἴης τὸ ὄμολογονάς τὴν Φύσιν Στοικοῦ dictumque esse Stoicum asseverat (ο). Quod vero Stoici per naturæ vocem DEUM designaverint, indicat Seneca (π), hinc sequi DEUM, quæ formula est Pythagorica, in scholis suis ingeminasse illos, haut mirum est. Quæ si vel mediocri attentione pensisentur, quam utraque hæc secta fine inter se congruant, liquebit oppido (ε). Ad hunc autem contenderunt morum studio, unde etiam Cicero: E virtutibus, Inquit, vita beata existit, par & similis Deorum (σ). Et primum quod Pythagoreos attinet, varia illos adhibuisse genera ἀσκήσιων, Jamblichus auctor est: Erat hoc in universum apud eos proprium, ut ad doctrinas studiisque nulli parcerent labori, innataisque intemperantiam ac cupiditates omnes variis exercitationibus subigerent (τ). Speciatim autem quod voluptati, ambitioni ac avaritiæ obiam iidem iverint, refert Walchius (υ). Sic exempli gratia: ut voluptratem compescerent, summa frugalitate usi sunt, veneris somnique moderatione, unde inter carmina:

Ταῦτα μὲν ἔτι τοι τούτοις δέ οὐδείς ετο τῷ δε

ταῦτα μὲν κράτου καὶ ὑπερ δαχ. sinc π,

Ambitioni opponebant contemtum, quem per triennium probationis primæ terre co-  
ge-

gebantur, qui in hanc disciplinam transibant.  
 Quo & spectat, quod dictoris exagitabantur ob-  
 jectionibusque novitii. Avaritiae bonorum commu-  
 nione occurrabant, & sic deinceps. Plurium scien-  
 di cupidos modeste ablegamus ad Buddeum (Φ),  
 quem desiderio illorum hac in re satisfactum  
 speramus. Quod Stoici etiam hujusmodi adjumen-  
 ta in scholam suam adoptaverint, in proposito  
 est. Ita enim loquitur de se Aurelius, quod pro  
 fratribus gratabulum ac pellem expetiverit, ceteraque graeca-  
 nica institutionis adminicula (χ) efr. nuper cit. diss.  
 Buddei. Hoc eum fecisse Stoicorum more Hoffmannus  
 diserte pronunciat (ψ). Nota quoque sunt duo  
 illa præter examen (§ 1) instrumenta exercitii:  
**Conversatio & Exempla**, quæ generatim in vita emen-  
 danda hi usurpare conliverunt, atque ex illorum  
 mente Lipsius describit (ω). Quantum autem de  
 cætero vires in id intenderint, ut vitia cohíberent  
 expellerentque, scripta eorum pervolventi, non po-  
 test non pervium esse ac liquidum. Mihi intra  
 angustias clauso, hæc pauca tantum ex historia  
 philosophica adduxisse fat est.

(\*) in prefat. Exercit. Rational. §. 3. collat. cum §. 5.  
 (Λ). In carm. Aur. Pyth. C. 69. (υ). in prefat. ad  
 carm. (ν). In Analectis Hist. Phil. pag. 336. (ξ) Lib.  
 II. (ο). Diff. XIV. L. II. Manud. ad Philosoph.  
 Stoicam (π). Lib. IV. de benef. C. 7. (ρ).  
 conferantur Scheff. C. 7. pag. 45. & Lipsius Lib. II. Diff.  
 16. pag. 189, cit. operis (σ). Cicero de nat. Deor. (τ).  
 Lib. I. C. 32. (υ). in Lex. sub tis. Wille des Men-  
 schen

schen pag: 2913. (Φ). in Diff. de *αρχαιων φιλοσ*  
*φης extat in analectis Hisb. philos (χ).* Lib. I. τῶν εἰσιαυτῶν  
*δ. δ. (ψ).* in annot. ad h. l. additis seqq. (ω). In  
*Manud. ad Philos. Stoic.* Lib. III. *Dissert. XXIV.*

§. III.

**S**ic præmissis, quæ de morationibus his eth-  
 niciis jam commemoranda duximus, pro-  
 prius ad institutum accedere convenit. Tantum  
 abest, ut quidquam inde veterum horum gloriæ  
 decedat, quod divinioribus destituti literis, veri-  
 tatem duntaxat ex parte viderint, ut potius ma-  
 jori ipsis ducatur laudi, quod nullis defatigati mo-  
 lestiis, pro virili, quam animo veritatem conce-  
 perant, vita studuerint exprimere. *Quotidianum Vi-*  
*tae Examen*, quantum ad obstruendos malorum fon-  
 tes, vitia nimirum conferat, ex sequentibus collig-  
 gendi locus erit amplissimus. Ast quod istud ho-  
 rum institutum quantumvis ferium austernique,  
 exoptatam metam non attigerit, dolemus ex a-  
 nimo, *cum vix id sperandum sit, ubi igno-*  
*ratur Gratia DEI*, per fidem in Chri-  
 stum operans. Addimus: quod rationis nostræ vires  
 ad perscrutandum totius vitæ complexum haut suf-  
 ficiunt, ut silentio prætereamus, annon tub-  
 tilis enijsdam laudis stimulo perciti gentilium fal-  
 tem plurimi, huic tanto molimini sustinendo adeo  
 alacres humeros submiserint (α). Quidquid hujus  
 sit, vita tamen horum argumentum præbet vali-  
 dissimum, quo alii incitentur ad insistendum horum  
 vesti-

vestigiis. Scilicet: præstantissimi hi luculenta adeo virtutum exempla præivre aliis, quæ ipsa mirari ne solum, an juxta imitari oporteat, ii facile judicaverint, qui re sapientes esse malunt, quam nomine tantum externaque specie. Atque hunc frumentum Philosophiæ palmarium nobitcum Buddeus asserit, ut *expendens sapientiorum veterum fortitudinem*, cogitemus quod nos deceat, quorum *interest in omni virtutum genere ita excellere, ut longissimo post nos spatio i-* flos gentilium *ascetas relinquamus* (β). Quæ cum ita vere sint, ut commoda occasio, vires denuo explicandi ingenioli, pariterque in finum proprium descendendi suppeteret, *Examen hoc Fite Quotid anum breviter duntaxat ac Summatione perstringendum constitui.* Hæc si minus placeant rationem ut habeas temporis facultatumque inopiam, est quod a Te, Lector humanissime, omni, quo decet studio ac oblervantia contendimus.

(a). cfr laudata ante Diff. Buddii, Hoffman. Annotat. in lbr. VIII. operis M. A. Anton. Philos. (β). cit. Diff. Budd. ad finem.

## Membrum Posterior Practicum.

Etymis vocum exhibitis possibilitateque ac moralitate demonstratis, generatim in humanam vitam ejusque indo' em inquirit. Inde ulterius progreditur, actiones secundum tripli'cem Iuris Naturalis obligationem contemp'ande. Porro propositum ad normam agendi supponit, juxta expendens obstatula. Denique necessitatem Solitudinis Examiniisque mon-

*dum, tempus ac utilitatem suis §. §. §. pensat, cor-  
midisque loco tandem parvam operam consignat.*

§. I.

**J**am recto statim itinere ad arcem & caput rei progredimur, e distincta terminorum enodatione facientes initium. Notio vocis *quotidiani* non potest non esse nobis hic eadem, quam usus vulgaris imposuit, penes quem jus & norma loquendi est, ut sic id significet, quod singulis diebus evenit ( $\gamma$ ). Hoc nemini, nisi omni in re quotidiana hospiti ac peregrino, obscurum est. Quid objecto examinis nostri denotatum velimus, distinctione exhibita patet. *Vita* lenu consideratur proprio, prout animalibus in genere competit, atque sic in *physicam Moralemque* dilapseatur a Philosophis. *Illa* homini cum bestiis communis est, *hic* homini propria, substratam ingreditur materiem. *Est* igitur (ut definitionem ejus tradamus) que *praevio lumine intellectus* cum libera voluntatis determinatione, se per ejusmodi a. *Eius exserit, qui in Dei gloriam, sui aliorumque verum tendunt commodum* Sic indicavimus principium ex quo distingvere oportet vitam humanam stricte dicam ab animali ( $\delta$ ). Jam quænam sit idea examinis facilis negotio opinamur intelligi, si id per seri am cogitationem, de actionum cum lege naturali convenientia vel inconvenientia deteribimus. Diutius non immoramus vocabulis, qui ad res ipsas properamus. ( $\gamma$ )

(γ) Vid. Soranus in Lexico pag. 743. (δ) conf. Walchii Lexicon philos. tit. leben des menschen.

§. II.

Possible esse hoc vitæ examinandæ studium, ex justa pensitatione virium animæ facile dispaleſcer. Harum facultatum princeps est intellectus, quo homo non solum res varias extra ſe cognoscere, verum etiam penitiores animi recessus excutere, actiones proprias perlustrare, bonumq; a malo dignoscere valet. Ad hoc natura propendet, trahitur, nihilque ipsum hic latet, modo munia ſua rite obeat. Neque in alio objecto attentionem ſuam utilius exercet, quam quum in ſemet ipsum refleſtendo vitæ ſuæ indolem conſiderat. Huic electiva quædam facultas juncta eſt, quæ circa bonum aut malum occupatur, ut hoc repudiet, illud vero eligat ametque, unde etiam τὸ ἀγαθοῦδε audire ſevit Philosophis. Nunquam enim hæc ad ali- quid appetendum vel averlandum ſe determinat, niſi quid ut bonum vel malum intellectus antea repræſentaverit juxta tritum: Ignoti nulla cupido, nullaque fuga. Sic igitur, ubi hanc alteramve actionem intellectus bonam judicat, non potest non voluntas eandem amplecti, ſi nulla ratio diſvadens interveniat; contra vero, ſi contrario caſu hæc ſe habeant. Neque hic inferre licet, quod interdum voluntas mala arripiat, conſtat enim ſub boni ſpecie illud fieri. Quod ſi vero motiva adſint, certam vivendi rationem ſvadentia, dubium nullum eſt, quin pos-

sit inde agendi quoque propositum enasci, ad quod sequendum voluntas teratur, quamdiu id subsistat. Hæc de superioribus animæ potentiis dicta sunt. Ad cæteras quod attinet, parendi eis gloria relata est. Hæc ad explendas functiones suas compelli possunt, si obsequi noluerint; quod preinde imaginatio actiones per diem editas, agendique propositum in mentem revocare valeat, de hoc dubitandi ratio nulla est, præsertim quum hujus ea sit lex, ut percepto uno, non possit non, si qua intersit congruentia, prælens sisti alterum. Memoria ideas, ope imaginationis reproductas, itidem ut notas sibi agnoscit, saltem eorum, quæ per diem acta sunt, non difficulter reminiscitur. Quod autem corpus spectat, a parte illius nulla vis saltem interna obnittitur, quominus animo subseriat, atque ad hoc negotium expediendum concurrat.

### §. III.

**N**ON opus est, ut multis adstruatur examinis moralitas, cum e natura vitæ rationalis ea deducatur facile, scilicet: Frustra quis vitam homine dignam vivere censendus est, nisi ejusmodi actiones edat, quæ rationi conformes sunt. Hoc autem a quopiam proficii nonnquam poterit, actionum suarum nescio. Hinc earundem conscientiam esse debere hominem quemvis sequitur, quod equidem evadere nequit, nisi semet ipsum exacte ponderet, quæque mente ac opere externo peragit, ad vitæ amus.

11

amissim exigat. Nec est, quod correptiones aliorum admonitionesque ac pœnas hic obtendat aliquis, cum his parum omnino proficiatur ad vitam emendandam, nisi quis in semetipsum animadverterit, suaque serio arguerit vitia. Præterea hanc sollicitudinem sui cuivis lex injunxit, quam incruore velle animo abjicere, religioni merito sibi quisque ducat. Quod autem hanc sui explorationem quotidie oportet instituere, inde tuto concluditur, quod indies legi conformiter vivendum est. Accedit, ut datum ideo tempus sibi pretiosissimum quisque credat, ut qnamcunque diem recte impendat; præsertim quum actionum quotidianarum ratio DEO sit reddenda. His positis, quam maxime homini necessarium est, diurnas actiones suas examinet, censoremque sui agat, quam fieri potest, rigidissimum.

#### §. IV.

Vita moralis internas externasque **actiones**, quorum & omissiones spectant (s). suo comprehendit ambitu. Est autem vel *bona*, ubi actiones bonæ obtainent, vel *mala*, ubi mala fuerint, cum contrariorum ratio sit contraria. *Bona* sunt **actiones**, si cum lege, a qua earum obligatio resultat, contentiant; *mala*, si ab eadem diserebent. Conformitas vero hic qualiscunque non intelligitur, sed circumstantiarum (t) exactissima, cum si harum vel una deficiat, actio non omni carere virio judicanda sit. Unde Dionysius (n): *Bonum est inquit, ex integra causa, malum ex quovis defectu.*

(1) Vid. Budd. Theol. Moral. Pars II. C. I. §. 29. (?)

*Hæ quenam sint ex trito patet versu: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis &c. cfr. Budd. citas. loc. §. 34. seq. ubi eas explanatas videbis.* (n) *Areopagitam intellige in libro de Divin. nom. Cap. 5.*

Duplici actiones has respectu considerari, ut liberas & tam  
men necessarias, ex dictis non potest non cuivis esse  
persuasissimum. Sunt liberæ, quod ab animæ pendeant  
arbitrio, agatne illas an omittat; necessariæ quate-  
bus a norma determinantur, vel quod idem sibi vult,  
a lege precepta sunt vel vetite, que necessitas moralis  
nuncupari solet. Ab his igitur actionibus differre lici-  
tas, que nec mandata sunt, nec prohibita, adeo-  
que indifferentes, res ipsa loquitur.

§. V.

**D**ividuntur autem actiones vel potius officia, ge-  
neratim in ea, quæ vel erga DEUM, vel ho-  
mines observanda veniunt. Illud in Numinis glori-  
ficatione consistit; hoc communi generis humani felici-  
tate procuranda absolvitur, vel quod eodem reci-  
dit, sui aliorumque perfectionem complectitur. Ut  
sic summa juris naturalis hic redeat: Facienda esse,  
que se aliosque tam interne, quam externe perficiunt; o-  
mittenda vero, quæ contrarium habent effectum, ut glo-  
ria DEI manifestetur & inclarescat. Atque hæc tria  
officiorum sunt genera, ad quæ unusquisque, ex-  
cepto nemine, præstanta obstrictus est. Scilicet :  
glorificatio DEI actionum omnium finis est ulti-  
mus, quem proxime subsequitur excipitque huma-  
ni

ni generis incolumitas, cui mea, tua, cujusvis hominis subordinatur. Unde quatenus & quo ordine quisque sibi ipsi obligatus sit, adparet. Quod autem officio erga se, locum praे officio ergo alios vendicavimus, ideo factum est, quia studium conservandi temet ipsum non homini solum, sed omni animali altissime est insitum. Nec rite ac ordine quis alios amare ac perficere posse censendus est, nisi prius experientia propria rationem rite amandi perficiendique didicit. Hæc ipsa, cum vere ita se habeant, absit agatur aliquid, quod a fine ultimo isto abhorreat, alioque vergat, quam ad sui aliorumque perfectionem felicitatemque communem, & quod primum ac ultimum esse debet, gloriam Dei illustrandam. Atque hæc, lapis est lydius ille, quo quidquid virtutis vel vitii sit in quolibet actionum genere tuto probare dijudicareque liceat. Quæ distincte percepisse interest, antequam quo pacto actionum examen subeundum sit, consideraverimus.

### §. VI.

**E**xposita sic norma, ad quam instituere hoc examen oportet, ulterius pedem promoueri, serium prærequirimus propositum data quacunq[ue] occasione nil agendi, nisi quod eidem congruat. Quem enī fructum, amabo, posset aliquis sibi promittere ex practico sui hoc scrutinio, nisi illud adhiberet, perficiendi sui studio ductus? Ut autem clarior res evadat, duo hic vitia nobis commemoranda sunt præcipua. Primum & quidem præcipuum

puum est, quod statum suum longe meliorem, ac revera est, sibi mortales fingant; unde sibi adulantes stolidi in rerum suarum admirationem feruntur, tantumque abest, ut vitia sua detestentur & arguant, ut potius eadem dissimulent, excusent virtutumque splendidis titulis palliant, unde vere admodum Seneca pronunciat, *ideo mutari nos nolle, quia nos optimos esse credimus* (9). Quod hujus delirii principium sit amor sui nimius, inquisitioni ejusmodi practicæ valde inimicus, cui sanum est sinciput, quisque videt. *Deprebendis te oportet antequam emendas - Tu existimas aliquid cogitare de remedio, qui mala virtutum loco numerant?* Idem Seneca Epist. XXVIII.

Neque sua modo mirari, sed quod consecutarium *φιλαννίας* facile dixeris, aliena rimari ultissimum. In cernendis oliorum erroribus utique perspicaces ac lynceos homines reperies, in domesticis hallucinantes & stupidos. Quæ quam est præpostera curiositas, tam quoque deprehenditur perniciosa bonis moribus efformandis; *Operis alieni observatio & mentis proprie custodia cogit evagari*, testante Aurelio (1). Hæc igitur præjudicia mens exuat, serio secum decernendo vivere legi conformiter, nisi oleum perdat ac operam. *Quantum potest seipsum arguat, inquirat in se, accusatris primus partibus fungatur, dein judicis.* Cit. nuper Senecæ Epist. XXVIII.

(9) Epist. LIX. (1) Lib. III. §. IV. operis supra' sit.

## §. VII.

**H**ic autem processus ut rite obtineat, cæteris curis per tempusculum se subducere, quam maxime interest, nequit mens actiones suas dileutere, attentione nisi cessante ad ea, quæ extra sunt. Sic alii cubi Seneca proderit in seipsum secedere, meliores erimus singuli. Hinc præstantissimum solitudinis usum commendarunt Veteres effato: *χρυσὴ προστατεύουσα οἰκεία*, quandoquidem hujus beneficio ab objectis externis semet facilius explicare licet fundumque proprium excutere. Non equidem diffitendum est, quod etiam sensit Cicero, *maximi* hoc esse *ingenii* ob adsepta ab incunabulis sensualia. Namque hæc tamquam lege amicitiæ devincta, velocissime menti subrepunt eamque a scopo avocant, saltem avocare latagunt; verum progressu temporis consuetudo hic potest invalescere, qua ex voto, huic vitæ indagini immorari liceat, intimasque ac arcanissimas veritates scrutari.

## §. VIII.

**P**Ræmissis his, non tantum mentis aciem ad actionum quotidianarum cum lege nexum intendere convenit, sed singulæ, quæ concurrunt, ponderandæ etiam sunt circumstantiæ (\*). Anmadversio pro vitæ genere ad partes quasvis officiaque tam interna quam externa, quantum potest fieri, extendenda est, quæ sine ulla exceptione aut limitatione examinari debent, num ad DEI glo-

gloriam, & sui aliorumque veram felicitatem specta-  
verint. Sic ad quosvis motus attendendum, ut a-  
stro pravi notentur calculo: sic explorandæ passio-  
nes, ut emendentur animusque convalefcat. Digna  
omnino, quæ hic recenseantur, sunt verba Senecæ,  
de se ipso loquentis: *Nihil mibi ipse abscondo, nihil trans-  
eo, quare enim quidquam ex erroribus meis tuncam, cum  
possim dicere: vide ne istud amplius facias, nunc tibi igno-  
sco* (λ). Omnia vero acerrime resistendum illi vi-  
tio, quo se magis quis urgeri sentit: *Frustra enim in-  
corrigitur minutus quibusdam nevis occupatus es, si ire  
libidini, superbie, avaricie, aut similibus interim frana-  
laxes,* sunt verba Balduini, qui & porro: *Remove,  
inquit, capitalia vitia & reliqua minores noxae simul mi-  
nuentur* (μ). Quænam autem cujusvis sit propen-  
sio dominans, non potest non inclinationum & af-  
fectuum suorum observatori serio gnavoque innote-  
scere. Sed hæc ὡς εὐ παρέδω.

(ν), de quibus ad §. IV. (λ) Lib. III. C. 37. De Ira  
(μ) Lib. IV. E. II. pag. 905. Thcol. Consc.

### § IX.

**D**E nativa constitutione δοκιμασίας hujus practicæ  
hactenus egimus, jam quo tempore huic in-  
cumbendum sit, pauca addere fas est. Nihil qui-  
dem certi hac de re ratio determinat. Nec refer-  
re videtur, matutinumne an vespertinum vel utrum-  
que (ν) eligatur, modo huic oportunum sit ne-  
gotio. Semper enim non frui licet solitudine, cu-  
jus plūm huic instituto imprimis commodum esse,  
su-

supraevictum ivimus. Perpensis his, ad certum quod-dam tempus velle hoc sui scrutinium restringere, legemque hic statuere, jure ducimus inconfutissimum. Cuivis, pro ratione status sui ac muneris, suam hic ornare spartam liceat, atque unam alteramve horulam tantæ rei impendere. Interim sincere vovemus, ut quisque exemplum Antonini sibi imitandum proponat, qui testante Casaubono, ut dixit scripsitque vixit (ξ), cujusque verba vere aurea hic integra interuisse non pigebit. Quam ad rem, inquit, anima nunc utor mea? hoc te jugiter interroga, simulque te percontare. Ecquid mibi nunc versatur in parte mei illa, quæ principalis dici solet? Aut cujusnam ego nunc animam gero? num pueruli? num adolescenti? num mu-sierculi? num tyranni? num belluae (ο)?

(ξ) Evolutatur Wotfus in Phis. Pract. Univers. Part. II.

C. II. §. 437. (ξ) in Prefat. in versionem Marci Ant Anglicanam. (ο) Lib. V. § XI Tūr. iis euvros.

### § X.

**S**IC justa lance perpensis, quæ de nobili hoc argumento in medium adduximus, utilitas ejus maxime insignis, perque omnes vitæ or-dines omnemque fere æstatem se diffundens, ne-mini latere poterit. Etenim omni caret dubio; si per aliquod tempus hoc continuatum fuerit ex-amen, fructum inde existere exoptatissimum, pro-fectum utpote in moribus, cum loliorum instar, quæ sedula hortulani manus quotidie ex horto ex-cepit, numerus actionum corrigendarum minua-

tur sensimque deficiat. Quo perspecto, non potest non strenui exercitoris animus voluptate perfundi, imo indies magis tranquillari, quam in rem apposite iterum Seneca: *Quid ergo, inquit, pulchrius bac consuetudine excutiendi totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? quam tranquillus, altis ac liber, cum aut laudatus est animus aut admonitus* ( $\pi$ ). Nullus jam superstes locus tædio, quo cum initio conjunctum hoc fuerat negotium, sed ardor actiones suas ad normam legis componendi magis magisque excitatur & crecit. Confirmatur propositum & actiones bonæ magno numero proveniunt; unde perennis, innocua & maxime fructuota nascitur voluptas.

*Verum satis est multoque vividius licet bac ipsa intus experiri, quam verbis eloqui. Quare, verbis utor Wollii, cape Tu qui bacce legis, una mecum salutare consilium, iamq; haud temere unquam mutandum, iemet ipsum spirans vivumque hujus rei sistendi exemplum. Rem persicies, que & tua professione digna erit, & nullo unquam te poenitebit tempore* ( $\rho$ ). Sunt multi admodum, qui prout occasione quondam dixit Diogenes, quæ dormientes imaginantur, curiose quidem disquirunt; ea vero, quæ vigilantes agunt, non morantur ( $\sigma$ ). Interea, meminisse oportet, quod

- - - - - currit mortalibus evum,  
Nec nasci bis posse datur. - - - - -

Hæc Tu jugiter considera, propositumque constanter urge, ne quodammodo in te quadret in-  
cre-

crepatio Epicteti: *Homo, oblivio te cepit instituti tui,  
non hoc ibas, sed haec (τ). Fac grave sit initium,  
medium leve reputabis, finem experieris jucundissimum. Tandem enim cum cæteris, qui egre-  
gio in hoc studio stadioque masculine desudare non  
recusarunt, præmia reportabis condigna labore,  
cum virtus tua consummabitur, vitaque beata per-  
fectaque simul evadet.*

*O mibi curarum requies, o sacra dulcitas*

*Unaque pax animo*

Sic igitur Tu Profice & ante omnia cura, constes tibi (υ).

(π) De Ira Lib. 3. C. 37. (ε) pag. 207. in ægæia  
sua Christiana. (σ) Laertius in vita Diogenis l. IV. (τ)  
vid. Lipsius in Diff. III. C. 23. (υ) Epist. Seneca XXXV.

Morā τῷ καρδιογνώσῃ Θεῷ δέξα ἄδειο !

Öfwer Högvållärde Herr Auctorens berömliga arbete;

EN ådel sak thet är och första värde äger,  
Att then kan wanDEL wil med dygden para rätt,

Ett gdremål uppå en noga gullvigt väger  
Och fäller rättvis dom om alt sit lefnads fätt,

Then thetta icke gör; men anser mōdan ringa  
Til dygd at hanna, och så blindvis rusar fram,

Gör hur' det kommer för', hel ubetänkt, han bringa  
Lär med sig ringa nog af dygders värda fram.

Han grålse,rättlighet ed snart åt laster qifwer  
Hos sig, och läter dygd ifrån sig hästvilk gd,

Sn' fel han hästrar ei; men wid thim gärna blifwer  
Och brygg sig icke om hvad thet wil följa pd:

Ja, tör til öfverföd sig selswan thet inh.lla,  
At han är dygdens wän, häfti om han hittar så  
Bewäres leswa, som the fläste börjat gilla  
För dygdigt, fast af dygd thet ei kan vitsord få.  
Hwad annat är wäl silt ån biott med larfwen pödja?  
Stat silt ha numn af bygd? Nei det tilfyllest giße  
Fast ei, om dygden skal i egen glanz så stråla  
Och i sin åcta färg så synas som sig bör.  
Det har ENL WITTNA WETT, MÅN VÖN, vid handen gifvit,  
Ta, HWAD til RENUN DYGD CHRBORDRUS, först ER här  
I huset bragte fram. Nu dier I bestisvit  
Med oförtruten silt, hur' thet af nöden är,  
At EGZNAD sin HWAR DAG med sit Examinera.  
Så wäl thet ena som thet andra, bægge tu  
ER KÄNDOMS BÄCKRU PROG betyga det med mera,  
At then som rätt'lig wil vloswa dygden, ja  
Vdr oförfalstad sit och achtiamheten brukta,  
Om han sit åndemål ei wila wil ifrå;  
Ty annars lär han wist i konsten vunderdula  
Samt för Gudinna blott et moln i famnen få.  
Nu som jag wäcklig wet, at rener dygd förblisvit,  
MÅN VÖR, ER högsta näl, hvar till I syssiat måß;  
Så wet jag åfrean wäl, at hon ER endast drifvit,  
At framgie såv'ne PROG, som likna henne båst.  
Silt allom är ju kårt, ER losord det vibredet,  
Jag åfwen prisar thet och önskar hiertig,  
At dygden I utvält, må bahna ER deu heder,  
Som dygd vök och mittere wett plär följa stadelig!  
At I i längden må then dygd-heldning finna,  
Som I ER wärdig gjordt, och städse leswa nögd,  
Samt på fulborbat lopp, then Åre-Cranken winna,  
Som binds Dygdållskarom uti then sälla högd!

Betygade således sin uprichtiga fägnad

Eric UvelLöf  
Wagf. Smot.